

func|eui lapis. — 6) Cf. N. 4151. — 7) Promagister quindecimvirum sacris faciundis.  
— 8) Par consulum suffectorum praeterea ignotum.

**4176** P. Cl. P. f. Horat. | Abascantiano | fil. dulcissimo P. Cl. | Abascantus<sup>1</sup> | pater, | qq. II corp. dendrophorum Ostiens. (*In latere dextro*) M. Antius Crescens Calpur|nianus<sup>2</sup>, pontif. Volk. | et aedium sacrar.<sup>3</sup> statu|am poni in campo Matris | deum infantilem permisi, | VIIII kal. April. | [Plautiano]<sup>4</sup> II et Geta<sup>4</sup> II cos.

*Ostiae rep. ibi fere ubi N. 4173 (XIV 524 vidi). — 1) De hoc Claudio Abascanto cf. ad XIV 528. — 2) Cf. supra N. 4151. — 3) Similem permissum pontificis Volcani Ostiensis habes infra N. 4402. De pontificatu Volcani et aedium sacrarum Ostiensi cf. CIL. XIV p. 5. — 4) Plautiani nomen erasum, Getae rasura temptatum, hoc errore; nam Geta hic frater Septimii Severi fuit, non filius (cf. supra N. 2163 not. 2). Significatur annus 203, dies qui praecessit Hilaria, cf. ad N. 4159.*

**4177** T. Attius T. l. Atianus | (soleae duae) sac. Matr. mag. Ves[ti]nar. | ex Victoriae<sup>1</sup>:

*Interamniae Praetutianorum (IX 5061 vidi Dressel). — 1) Haec obscura; explicationem templavit Mommsen l. c.*

**4178** L. Pacilius Taur. | sac. Matr. magn. et | Suriae deae et sacror. Isidis, v. a. LXV, | et L. Publilius Auctus | pater eius, v. a. LXX, et | Pubilia L. l. Nice mater | eius, v. a. C. h. s. s.<sup>1</sup>

*Prope Brundisium rep. (IX 6099 Mommsen vidi ectypum). — 1) Hic siti sunt.*

**4179** d. m. | T. Flavio C[h]r[y]sopa[edi]<sup>1</sup> | sodales ballatore[s] | Cybelae<sup>2</sup>, beneme|renti fecerunt.

*Romae (VI 2265 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) Nomen non certum (variant apographa). — 2) Sodales ballatores Cybelae videntur esse dicti a ballando sive saltando (Henz.).*

**4180** . . . elsinius Capitolinus ex aede. | Bellonaes Pulvinesis<sup>1</sup> fanaticus, | M. d.<sup>2</sup> d. d.

*Romae, sub signo matronae sedentis (VI 490 servavit Fabretti). — 1) Pulvinensem Bellonam vel certe aedem eius dictam putat Mommsen (ad VI l. c.), a pulvinari circi propterea quod ea aedes sita fuerit prope pulvinar circi Flaminii. — 2) Matri deum.*

**4181** Q. Caelio Appollinari (*sic*) | fanatico de aede | Bellonae Pulvin., | cuius monito (*sic*) hasta | in aede | Bellona (*sic*) in luco | dicata est, | Firmitia Tyche | coniugi suo benemerenti | sibi posterisque suis | fecit, et | Firmiae Euresini lib. b. m.; | vix. an. XXXIX me. V d. XXII.

*Romae (VI 2232 vidi Henzen).*

**4181<sup>a</sup>** (*vir tunica et chlamyde indutus, dextra ramum, sin. pateram tenens; duo cultri*) d. m. | L. Cornelio Ianuario | fanatico ab Isis Serapis | ab aedem Bellone Rufiliae<sup>1</sup>, | v. a. XXII m. XI d. XXI, sec. | C. Calidius Custos amico | b. m.

*Romae (VI 2234 vidi de Rossi). — 1) Aedes quaedam Bellonae sita in regione Isis et Serapis videtur indicari.*